



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 36. Ingens Ladislai clades.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. set, primos hostium impetus excepturus,
A.C. 1411. quos & sustinere coactus erat, cum Loig-
 gnus Bellidux edito prius pugnae signo
 in eum irrueret.

§. XXXVI.

Ingens Ladislai clades.

Monach.
S. Dionys.
hist. Car. VI.

Pogg. hist.
Flor. p. 192.
Anton. tit.
22. fol. 156.

Cæpit hinc inde prælium, ac veluti vi-
 ctoriae spes & augurium tam info-
 lens utrinque auditur conclamatio, ut
 aer tot diversissimis vocibus quaquaver-
 sum roboaret, dissonumque, ac confusio-
 ne multiplicatum murmur replicaret: ex-
 ardent eo acrius certaminum studia, &
 densa telorum nubes, armorumque fulgu-
 ra & fulmina ex pugnantium oculis cœ-
 lum rapiunt, atque obscurant. Nihilo
 segnius ambo exercitus grandinantem
 missilium procellam perfringentes comi-
 nus dimicant, ac periculorum mortis-
 que contemptu longius abrepti tam in-
 sano furore congregiuntur, ut ferocissimi
 potius leones adversus efferas tygres,
 quam homines pugnare crederentur, in
 ipsa animorum aversione parem utrinque
 cædentium ferociam acuente. Ludo-
 vici milites in virili certandi pertinacia
 atque immota animi virtute totam
 prælii fortunam stare satis persuasi, non
 jam in stratagemate consilium quærun-
 sed

fed concepta roboris fui fiducia in hoſtem Sæcul. XV.
 recta & oblique irruunt, tantoque ar- A. C. 1411.
 dore Siculos in fugam protrudunt, ut
 eorum tergis furentem undique telo-
 rum & flammæ tempeſtatem tamdiu
 inſtare dixiſſes, donec animis concide-
 rent, omnemque victoriæ ſpem abjice-
 rent. Ladislaus, qui fortunæ, rerumque
 ſuarum ſummam in proſpero hujus pu-
 gnæ exitu repositam eſſe noverat, extre-
 mæ jacturæ periculo ſtimulatus vires
 animosque reſumit; nec tamen ultra
 impedire valuit, quin ſui sæpe pedem re-
 ferrent, sæpe ad pugnam redirent, tan-
 dem poſt prælium in ſeram noctem per-
 tinacius protractum undique fuſi fugati-
 que terga darent, ſolo tenebrarum bene-
 ficio mortem eludentes; ipſe quoque La-
 dislaus noctis præſidio munitus, cum
 inter ultimos e loco conflictus fugiſſet,
 cum paucis ſuorum non ſine gravi di-
 ſcrimine in caſtrum, quod Roccaſicca di-
 citur, pervenit.

Hæc victoria vix parem ac æque in- Monach.
 ſignem unquam habuit; Pauciſſimi ex Sandyon.
 toto Ladislai exercitu Victorum manus hiſt. Carol.
 effugerant, plurimæ enim ejus copiæ im- VI.
 mani clade conſumptæ fuerunt, capti-
 que decem Comites, pluresque alii no-
 bilitate generis longe præſtantiffimi.
 Prælii locus, vexilla, & Principum, Re-
 gni Procerum, omniumque exercitus
 Ducum

Sæcul. XV.
A.C. 1411.

Ducum impedimenta victoribus cesserunt. Milites, Ducesque spolia inter se dividentes, in Ladislai aureum atque argenteum vasarium, quod in mensa ad cænæ usum collocatum erat, involant, & Regis atque Legati a Gregorio ad agmen missi vexilla abripiunt, quæ Joannes XXIII inverso situ in fronte Basilicæ S. Petri exponi, dein in publica supplicatione, cui ipse interfuit, per lutum ac platearum sordes raptari iussit, quæ tamen res sanioris iudicii Viris non parum displicuit, per hoc enim despectu nimium injurioso devictorum calamitati insultabatur.

§. XXXVII.

Ludovicus hac victoria uti nescius.

Ludovicus Andegavensis certe plenam laurorum ex hac victoria sibi accrescentium messuisset segetem, si ejus copię tanta virtute Ladislaum, quanta aviditate prædam insecutæ fuissent: quin etiam nullo negotio bello finem imposuisset Ludovicus, dummodo Regem in arce Roccaficca, unde fuga elabi non potuisset, mox obsidione cinxisset. Hinc Ladislaus Victorum errorem in rem suamvertere festinus, animum resumit, atque ad oppidum S. Germani, quod fortissimum